hensibilis illa lux oritur que nusquam occidit.
vbi ineffabilis illa pax colitur quam pertur-
batio nulla interrumpit. vbi fontana illa omnis
boni abissus statuitur. qua meo cohamne
sufficit. vbi diuina maiestas eterna requie
omnia continet. vbi diuina veritas perhenniter
lucet. vbi diuina caritas eterne consolacionis dul-
cedine semper rorat. vbi beata trinitas viuit et
regnat deus omnipotens in secula vnus et in personis
trinus pater et filius et spiritus sanctus per omnia secu-
la seculorum Amen. Oracio pro agentibus
hanc centenariam memoriam dominice passionis

Te nunc igitur o crucifixe pro nobis
capacia ihesu christe pro omnibus horum
centum tue passionis articulorum meditatoribus
clemencie largitudine suppliciter impello.
vt in meditacione eorum sancte deuocionis ignis
diuinitus inardescat vt cor eorum eructet
verbum bonum. verbum illud amatorum et
deuotorum. fasciculus mirre dilectus meus
michi inter vbera mea commorabitur. fasciculus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-2274/0041
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt